

Band VI., Nr. 1615, Seite 8-9

Ritter Walter von Hausen genannt Hochsclitz vermachet seinen von dem Herrn von Steußlingen lehenbaren Weinberg zu Mettingen dem Kloster Pfullingen.

Ohne Ortsangabe, 1261.

Ego Walterus miles de Husen¹ dictus Hochsliz universis hanc litteram inspecturis rei geste noticiam cum salute. Cum ea, que aguntur in tempore, de facili a memoria hominum labantur, necesse est, ut digne acta litterarum testimonio roborentur. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum volo pervenire, quod ego de voluntate heredum meorum in remedium anime mee et parentum meorum vineam sitam in Mettingen iuxta Ezelingen, quam a domino de Stüzelingen habeo in feodo, conventui dominarum in Phullingen in hunc modum legavi, videlicet ut vineam eandem excolat et fructus eius de cetero integraliter percipiat et quiete. Insuper si idem conventus proprietatem eiusdem vinee apud dominum de Stüzelingin potuerit obtinere, ego et heredes mei ius nostrum feudale eidem conventui libere resignare tenemur. Permittimus etiam, ut prefatus conventus vineam eandem sibi taliter legatam libere vendere valeat seu commutare et, cui vel quibus personis ipsam vineam vendiderit vel commutaverit, eidem vel eisdem personis ego et heredes mei eandem vineam in feodum concedere libere et absque omni dampno predicti conventus tenemur. In huius legationis sive donationis evidentiam sepedicto conventui litteram presentem cum sigillo civitatis Ezelingensis trado testimonialem. Sunt autem huius rei testes subscripti: R. scultetus, M. in Cimiterio, Lupoldus, E. dictus Gebeno, R. molendinarius, cives Ezelingenses, frater Hugo de Phullingen et B. scholaris filius fratris B. Steutonis.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LX^oI.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 abhängig das Siegel der Stadt Esslingen.

¹Neckarhausen, Nürtingen, ES, wo die Burg wahrscheinlich Sitz der sonst als „aus dem Kirchheimer Tal“ benannten Familie Hochsclitz war, vgl. OAB Nürtingen, S. 178, und Beschreibung des Oberamts Kirchheim, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart u.a. 1842 (Beschreibungen des Königreichs Württemberg, 16). [ND Magstadt 1962], S. 150; andererseits wird kein Besitz der von Hochsclitz in Neckarhausen erwähnt, wohl aber in Pfauhausen, Wernau (Neckar), ES, vgl. OAB Esslingen, S. 226ff., sodaß bei *Husen* auch an diesen Platz gedacht werden kann.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 514 U 162

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 19, Nr. 81.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Mettingen Wohnplatz (339)
 Mettingen, Esslingen am Neckar, ES
 Neckarhausen Wohnplatz (420)
 Neckarhausen, Nürtingen, ES
 Pfauhausen Aufgegangen (34522)
 Pfauhausen, aufgegeg. in Wernau (Neckar) ES
 Pfullingen Wohnplatz (15957)
 Pfullingen, RT